



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Odio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

priuatum odium in ipsum, licet non sit excommunicati, nec peccent contra iustitiam; peccant tamen contra Charitatē. *Suar. de censurus disp. 39. sect. n. 7. &c.*

17 Possunt Christiani in tribus Turcicis iemigare, quando aliter sub-
erit periculum vitæ propriæ, aut magno
mali, dummodo id non faciant animo
nocendi Christianis: quia illa actio ex se
est indifferens, & euentus belli sunt incerti. *Less. l. 2. de iust. cap. 9. dub. 17.* Simili-
ter potest fœmina grauida sumere me-
dicamenta necessaria ad tuendam vi-
tam, ordinata ad salutem ipsius, licet per
accidens sequatur abortus, non tamen
per se ordinata ad abortum. At si mors
matris esset necessaria ad certam salu-
tem spiritualem fœtus animati, alioqui
damnandi; deberet pati mortem potius
mater, non sumendo talia medicamen-
ta propter salutem spiritualem prolis.
Sed id raro contingit, & difficile certò
præuideri potest.

De Odio.

18 **H**oc etiā præceptio prohibetur
nō solum actus exterior occi-
L 2 dandi,

dendi, sed etiam actus pure interior.
Quare si quis desideret iniustum alterius homicidium, aut vulnerationem, peccat iuxta quantitatem mali desiderati, & similiter, si delectetur in apprehensione talis mali. Et est peccatum duplex, contra iustitiam, & Charitatem proximi. Poterit tamen esse veniale, si sit ex imperfecta deliberatione, aut levior materia.

19 Si quis velit malum aliquod proximi, eriam si tale malum non sit contra iustitiam: ut si desideret mortem temporalem naturalem ipsius, aut morbum, aut amissionem honorum, filiorum, uxoris, &c. si id faciat ex odio, quia scilicet displicet ipsi talis persona: aut ex ira, quia vult vindictam ex illo sumere: aut ex inuidia, quia bona illius apprehenduntur, ut diminuētia bona propria; peccatum erit contra Charitatem, iuxta quantitatem materiae, & perfectæ deliberationis, ut paulo ante dictum est. Idem dicendum est, cum quis verbo impetratur alteri malum. At vero desiderare malum temporale alteri, proprius eius bonum, sive temporale, sive

spini

spirituale; licet, similiter desiderare ma-
la temporalia, & mortem inimicis Fi-
dei, aut iniustis hostibus Republicæ; li-
cet, propter bonum publicum: quia sunt
iniusti aggressores, & persecutores. Item
complacere sibi in aliquo bono, conse-
quenter ad malū alterius; potest esse li-
citū; ut cùm quis complacet sibi de hæ-
reditate consecuta ob mortē patris, vel
fratris, nō tamen de eorum morte. Item
complacere sibi de malo alterius, quia
iuste illi fuit illatum, aut quia hæc fuit
voluntas Dei; non est peccatum: sicuti
odio habere malitiam, & vitia, & pec-
cata alterius, non autem personam, non
est malum. De odio lege Filiue tom. 2.
tr. 28. c. 8. Bonac tom. 2. disp. 3. q. 4. qu. ulta.
Shar. de Fide tract. 3. disp. 6. sect. 2.

De Scandalo.

AD hoc etiam præceptum re-
duci potest homicidium spiri-
tuale proximi: quando scilicet aliquis,
vel verbo, vel facto inducit aliū ad pec-
candum: in quo consistit peccatum scā-
dali: est enim scandalum occasio ruinæ

L 3 spiri-